



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 58.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 56.  
 fAim. ib. c. 5.  
 Gallontam &  
 VVallontam

**C**hilpericus / Gachilifindam sororem Brunichildis habuit vxorem; relinquens Fredegundem, & alias quas habebat vxores. Postea transcendens sacramentum quod Gothorum legatis dederat, quod nunquam Gachilifindam de culmine regni degradaret, ipsamq; suggillare fecit. Post cuius transitum Fredegundem denuo accepit vxorem, reputantes vero eius fratres quod suo ingenio Gachilifinda fuerat interepta, eum de regno eiiciunt. Habebat Chilpericus de prioris regina Audouera tres filios Theodebertum, Merouicum & Clodouicum.

Caput 57.  
 Aim. 3. ca. 11.

**H**uni in Gallias venire conantur, aduersus quos Sigibertus cum magno aggreditur exercitu. Huni magicis artibus instructi, multis fantasiis ostentis, exercitum Sigiberti metu concutiunt; terga vertunt. Sigibertus à Hunis circumdatur, sed suæ prudentiæ dona offerens liberatur. Nec ei quicquam hæc conditio fecit opprobrij. Pacem sempiternam cum Hunis firmavit & à rege Hunorum condignis muneribus honoratur.

Caput 58.

**S**igibertus præcepit Aruenis ciuibus Arelatem occupare. Iubente Gunthramno à Celso Patrio Aruerni Arelato trucidati sunt.

Caput 59.

**A** Thanagildo rege Hispaniæ defuncto, Levva cū Levvildo fratre regnum assumit. Moritur Levva. Levvildus integrum Hispaniæ regnum tenet; habens v Gaisuindam vxorem matrem Brunichildis.

v al. Gadsuindam. Aim. 3. c. 27.

Caput 60.

**E**odem tempore defuncto Constantinopoli Iustiano Imperatore, Iustinus ambiuit imperium, vir iniquus & cupidus. Ad quem Sigibertus legatos

105